

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio c
cum uariis

Quid per porros et cepas exprimitur que plerumque qui comedunt lacrimas emittunt, nisi difficultas uite presentis que a dilectoribus suis et si non sine luctu agitur, et tamen cum lacrimis amatur? Manna igitur deferentes cum peponibus ac carnibus porros cepasque quesierunt, quia uidelicet peruerse mentes dulcia per graciam quietis dona despiciunt et pro carnalibus uoluptatibus laboriosa huius mundi itinera, eciam lacrimis plena concupiscunt, contempnunt habere ubi spiritualiter gaudeant, et desideranter appetunt ubi carnaliter gemant.

Gregorius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dilectoribus] dilectionibus M; agitur] agatur V² L¹ L²; et *om.* P V¹ V² L¹ L²; amatur] agatur V² L¹ L²; igitur] sibi P V¹ V² L¹ L²; ac carnibus] ac carnibus *add. (del. intra)* M; despiciunt et] et *om.* C; Gregorius *om.* L¹ L²